

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 206

**Auteur(s) :** Yves II, Bellême (seigneur)

**Bénéficiaire(s) :** Chartres, Saint-Père (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1030-1040]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Yves II de Bellême donne à l'abbaye de Saint-Père de Chartres le locellum de Sainte-Gauburge. Cette donation est ensuite approuvée par le roi Henri Ier, qui lui avait donné le lieu en bénéfice.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Guérard Benjamin, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Père de Chartres*, Paris, Crapelet (Collection de documents inédits sur l'histoire de France ; 1ère série. Histoire politique), 1840, 2 vol., t. 1, p. 155.

### Indications

Louise Gérard, *La seigneurie de Bellême Xe-XIIIe siècle*, dévolution des pouvoirs territoriaux et construction d'une seigneurie de frontière aux confins de la Normandie et du Maine à la charnière de l'an Mil, Flers, Le Pays bas-normand, 1992-1993, 2 vol., t. 1, p. 281, 324, t. 2, p. 139.

## Dissertation critique

Gérard Louise propose la datation « vers 1030 » (LOUISE, *La Seigneurie de Bellême...*, t. 1, p. 324). Yves II est seigneur de Bellême vers 1030-1040.

Texte établi d'après a

In gremio sanctæ matris æcclesiæ cum fides principatum teneat, misericordia, quæ grece dicitur elemosina, cum ex fonte caritatis procedat, inter virtutes ceteras non habetur ultima. Quæ quidem, dum minimis Christi distribuitur, remissio peccatorum adipiscitur, regnum cœlorum operantibus eam aperitur, unde est illud : Benefacit animæ suce vir misericors, et plura his similia. Salvator etenim noster, universitatis Dominus, cum ipse sit potens, potentes non abicit, quoniam neminem vul perire, set ad agnitionem veritatis venire et per fructus bonorum operum omnes fideles vocat ad se ; qui etiam, in Evangelio, mundi amatores terret : Omnis, inquit, arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, et in ignem mittetur ; et plura his similia quæ non sunt huic stilo credita. Unde ego Ivo, cassibus mundanæ conversationis inretitus, præ omnibus, peccatorum pondere pressus, verumtamen de multitudine misericordiarum Domini præsumo indignus opus bonum et quod creditur laudabile ; locellum Sanctæ Gauburgis, in territorio Belimensi situm, cum omnibus ad ipsum locum rebus pertinentibus, Sancto Petro Carnotensi committo et dono, quatinus ibidem militaturus Deo monasticus ordo habeatur. Ut autem hoc donum stabile et inconvulsum permaneat, volo omnibus, tam presentibus quam et futuris, per succedentia tempora, notum esse, domno meo Hainrico regi, ex cuius beneficio est, me corroborandum tradidisse. Si quis vero, diabolicæ pravitatis instinctu, huic facto (quod

absit !) contrarius extiterit, iram Dei incurrat ; beatus Petrus illi contrarius fiat et inimicus, cum ceteris omnibus ; et propria præsumptione confusus, mille libras auri regi Francorum, ob temeritatem injuriæ, persolvat.

Hic locus præmemoratus primum a comite VVillemo datus cuidam monacho Bonævallensi, Beringario nomine, dinoscitur esse ; set abbas consecratus, bellorum frequentiam atque loci paupertatem cotidie crescentem diu ferre non valens, sponte ad suum cœnobium est reversus, ubi postea suam transegit vitam. Post mortem vero VVillelmi comitis et Rodberti filii ejus, quem securi inimici ejus in carcere positum interfecerunt, Ivo, frater VVillelmi, in honore succedens, abbatem Landricum rogans expetiit, ut locum præfatum Sancto Petro perpetuo habendum susciperet et monachos suos illuc dirigeret, ibidem militaturos. Cujus petitioni abbas obsequens, misit quosdam de suis, qui locum fere per triennium tenuerunt. Accidit autem ut quidam juvenis, nomine Solo, monachus, Deodatus a lavacro sacro vocitatus, ibidem, ut ferebatur, quedam nefaria actitabat, et, zabuli instinctu, majora adhuc flagicia moliretur agere ; ab ejus complicitibus denudatus est ; et, presidio fugæ elapsus, in Britanniam se suscipiens, suorum operum pedorem nobis grandem relinquens, nos alienavit a loco, et locum a nobis.